11.

AD SANCTISSIMUM PATREM NOSTRUM

BRUNONEM,

PRIDIE NONAS Octobris, hac ex vita transeuntem oratio, quæ in eius laudem, suæque præclaræ Religionis honorem profluet.

AUCTORE

D. MATTHÆO HISPAlensi & Villegas huius Ordinis affectissimo.

Anno M. DCC. XXIV.

REVERENDISSIME PRÆSUL.

NUSQUAM Reverendiſsime Pręſul eò temeritatis mea proceſsiſſet audacia, vt dominationi veſtrę munus adeo exiguum conſecrarem, niſi benevolentia, qua tot beneficia in me veſtra contulit dominatio, alliceret, cogèret, & traheret, vt ne ingratitudinis nota inurere ſilentium, quod hactènus perduxit obſervantia, & evitem, & rumpam; & quamquam iuſta ſit meę orationi diffidentia, quę, & ſuadet, & penè evicit oppoſitum, nihilominus tamen veſtrę erga me benevolentię ſe penitus commitere debet.

Humillimus, obſequentiſsimus,
& fidiſsimus ſervus,

D. Matthæus Hiſpalenſis & Villegas.

DUM animo versabam Brunonis laudes, suique Præclarissimi Ordinis encomia vocibus exprimere aggrediebar, non solum vox dicere aggredientem, verum etiam ipsa mens aliquid prius cogitare conantem deficiebat. Adeò enim Brunonis virtus elucet, adeoque sui Ordinis spendescit observantia, vt oculorum aciem cæcutire faciant, animum rapiant, & linguam impediant. Verum cum Audaces fortuna iuvet timidosque repellat, Orationem aggredior, quamquam ita de his dicam, vt nihil de illis dixisse videar indulgere. Sic enim orationis consequar finem, cum nulla maior commendatio esse possit, quam omnis fustra tentata laudatio; pro qua dignitate laudetur, qui pro voluntate commendari non potest. Sed vnde initium ducet oratio? An ab eo vnde Bruno Sanctitatis originem hausit? Cum dulcius ex ipso fonte bibantur aquæ. Audito illo funebri damnationis responso ad illud: Responde mihi. Cum Parisijs degebat Bruno, res novitate perculsus Deo inservire, & mundi illecebris valedicere statuit; cum alijs sex, quos ad sui imitationem moverat executus est. Igitur quando Bruno inferni contemplabatur horrores; Hugo Gratianopoli gloriæ luces animadvertebat; hic scintillantes stel-

las admiratur; ille pallidas horroris vmbras introſpitiebat. O Bruno! quid eſt hoc? Nunquid eſt Deum ad tantum opus te aſſumere inſtrumentum? Ad erigendum tam mirificam fabricam, eamque ſublevandam ad aſtra, cuius fundamenta, vt aſcendant in ſtellas, primum attactura erant abyſſum, vſque ob conſtruendam columnam illius, *Non plus vltra* in templo myſtico Eccleſiæ, atque nomine ſuo ſignata. *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & ſcribam ſuper eam nomen.*

Quis fortior mundum ſuperare viſus fuit? Indutus more caſtrorum Clypeo ſolitudinis Galea ſillentij, Loricà pœnitentię Gladio abſtractionis, & vt excitentur ad arma. Buccina rectæ obedientiæ, & tympano vigilantiæ, ad dœmonem, & eius inſidias propugnandum.

Quis illecebras carnis nimis protrivit? Bruno & ſex ſocij, quorum nomina (vt ſtellę ſcripta ſunt in cœlo, ſicut trophea in ſummum columnæ; id eſt Bruno columna ſtabilis per tot ſęcula in Eccleſia Dei: rigidiſsimo inſtituto manente, in ſolitudine, in ſilentio, in cilitio, in abſtinentia à carnibus, in prolixis orationibus, in Officijs Divinis, in ſpecialibus ceremonijs, tam in vita, quàm in morte monachorum. Rerum antiquarum dare Bruno, & Socij illis Sanctiſsimis Anachoretis, primis incolis eremi Antonio, & Paulo vi-

videntur ſimiles. Fœminæ rarò, vel nunquam in ſua cœnobia ingredi poſſunt.

Quid proferam? Quid poſſum dicere dignum narratu? Sed tantam perfectionem tacitus præterire non poſſum.

Quid fecit Pariſijs Bruno, vbi primum miratus fuit, illud horribile ſpectaculum inferi ſimile, vbi ſempiternus horror inhabitat? Extrahere ſex Sociorum. EduxitDeus populum ſuum electum è tenebris Ægypti, cum eſſet Moyſes Dux eorum, vt daret eis ſalutaria precepta: *Eieci ergo eos de terra Ægypti, & eduxi in deſertum, & dedi eis Præcepta mea, & iudicia mea oſtendi eis.* Ezech. 20.

Quid fecit Bruno, quandoquidem futurus fuerat columna ſummę altitudinis, vbi tanta trophea erant appendenda?

Extruxit Deus domum in ſolitudine, vt à Babylone mundi fugiſſent. Ex nimio ſtrepitu, ad ſilentium ſummum: *Cui dedi in ſolitudine domum.* Job 33. Quamvis prima habitatio fuit inter rupes Carthuſianas, in foraminibus petrę; & tunc exclamare licèt: *Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia levabit ſe ſuper ſe.* Ier. 3. Hæc eſt columna erecta ſuper ſe; non eſt alia niſi Bruno ſimilis Baptiſtę: *Vox clamantis in deſerto.* Et Sancti Socij, qui ſtructuri fuerant Civitatem Dei, domum, & portam cœli, vbi Bruno inter ſolitudines Carthuſianas, prima fundamenta jecit, in ipſa die Nativitatis Baptiſtæ,

tiſtę, & iſti ſeptem lucidiſsimæ ſtellæ, vel faces ſuper ſeptem ſolidiſsimas baſes ſtantes: ſunt illa candelabra, de quibus Ioannes: *Vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſimilem filio hominis*, hic eſt

Apoc. 1. *Baptiſta. Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Primus incola eremi, per quem Monachorum vita ſumpſit exordium, atque ſingularis protector totius Religionis. Sic Bruno Monachorum Pater, vitęque Anachoreticę futurus inſtaurator agnoſceretur. Sic Eccleſia canit de Baptiſta: *Antra deſerti teneris ſub annis Ciuium turmas fugiens.* Quomodo dicitur de Ioanne: non ſurrexit maior, ſic de hoc Sanctiſsimo Ordine: Nec fuit, nec eſt à nobis cognitus tam ſtabilis, quin deficiat à primębo Inſtituto poſt tanta ſęcula fundatus.

Longiorem Orationem quis poſſet augere tuis laudibus, Bruno! *Nemorumque cultor maximè vatum.* O! ſolitudo, vbi anima reperit dilectum; ò ſolitudo vbi anima invenit theſaurum abſconditum, abſque Civitatum rumore! *Quis dabit me*

Ier. 9. *in ſolitudine diverſorum viatorum, & derelinquam populum meum?*

Carthuſia, velut fons, vnde emanarunt tot

Gen. 3. torrentes perfectionis: *Fons aſcendebat è terra irrigans vniverſam.* Penè omnes Carthuſię myſterioſis nominibus nuncupantur: Scala Dei, Aula Dei, Porta Cœli, Ara Chriſti, & ſic de cæteris, om-

omnes te summis laudibus extollunt. Appellauitque nomen Vrbis Bethel, id est, Domus Dei, vel habitaculum Dei. Hic est triumphus de Mundi contemptione appensus in columna Brunonis, vel in Brunone, sicut columna, velut Clypeus à Iosue levatus : *Leva Clypeum, qui in manu tua est contra Vrbem Haï, quoniam tibi tradam eam.* Atque in Clypeo depicta alta rupes in medio mari cum hoc lemmate *Sola requiesco qui vicerit,* &c. Iosue 8.

Quidam dicebat: Sile aut dic aliquit silentio melius. Si omnia membra mea conversa fuissent in linguas, minimam excelentiam Religionis Carthusianę pro clamore satis non esset. Columna stabilis erecta prope septem sęcula, absque vlla tremulatione, contra huius mundi procellas.

Pluries ô! Bruno cum summo silentio vicisti eloquentiores terrę : quia tua conversatio in Cœlis est. Sine strepitu struxisti tam altam columnam mysticam, vt attingat in stellas. 3. Reg. 6.
Domus autem cum ędificaretur, maleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo Dei. Quę vox poterit significare silentium illud quod in Carthusia videtur? Iterum dico videtur; hanc narrationem nobis Ioannes ostendit: Apoc. 1.
Et conversus sum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum; mysteriosa locutio, nova narratio, exponendi silentium, mysterium tangit.

Quis

Quis est ille, qui vocem vidit? Vox non videtur, sed auditur, vox est obiectum auditus, non visus. Nunquid Evangelista vsurus erat figuris rethoricis, ęquivoco, vel chatachresi? aut Philosophice, vt remotio imposibilitas termini repugnantis sibi? Hoc est implicatio in terminis, non est credendum; ergo est mysterium: quoniam inCarthusia semper est perennis taciturnitas. Aiebat videre vocem, vt ad imposibile explicatur: quia in ista Regione, obiecta audiuntur, & voces videntur. Hoc est Sacramentum septem stellarum. Carthusi silentes iugiter, nisi quando prestantius est loqui, quam tacere: *Ne levi posses maculare vitam crimine linguæ.* Divine Harpocrates Bruno, indice os signante: *Ergo premat labium, digitoque silentia signet.*

Quis posset exprimere silentium, quod intra Carthusia custoditur? Quid est introire ad interiora Cœnobij, vbi non auscultantur, nisi aves
Psal. 101. garrire, aut fontes susurrare? *Similis factus sum Pellicano solitudinis, vigilavi, factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Hoc est silentium de quo
Apoc. 8. Ioannes loquitur: factum est silentium magnum in Cœlo. Ergo si, singulę ex Carthusis habent nomina è Cœlo afflata, sicut Aula Dei, & sic de singulis cæteris, quid mirum, Ioannem prevndisse Carthusianum silentium? Hoc est tropheum rigidissimi silentij, appensum in columna

na ipsius Brunonis. Cygno de picto super galeam cum hac epigraphe: *In fine gloria canitur.*

Florère laudibus cilicium summam Brunonis gloriam duco. Monachi portantes cilicia à dorso ad pectus fune nodoso constricta, velut Baptista: *Præbuit durum tegumen camelus artubus sacris*, hæc est fortissima loricà ad superandum Iudith. 8.
Holofernem, & omnia castra. *Habens super lumbos suos cilicium.* O Templa viva habitationis Dei! Quos eligit suę mansioni, veri typi illius veteri tabernaculi, cuius tectum, erat cilicinum: *Facies sagacilicina ad operiendum tectum tabernaculi.* Exod. 26.
Hi sunt Cygni cilicini flentes tanta scelera, quę omnis Ecclesia tam męstiter plorat: *Iacob indutus cilicio lugens filium suum multo tempore.* Gen. 37.
Quæ ratio cogeret vti his armis? Ipse Psalmista docet: *Ego autem cum mihi molesti essent induebar cilicio.* Psalm. 34.
Sed illud principium oritur ex ipso sole quem Evangelista vidit: *Et Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus.* Apoc. 6.
An ne Soles cilicini non sunt Baptista in Iordane, & Bruno in Carthusia, docentes Monachos rigidissimam pœnitentiam? Tuæ sapientiæ est veram, laudem in vna virtute positam existimare. Solidam gloriam non aliunde, quam à virtute pendère. Istud est tropheum severissimę pœnitentię appensum in columna in forma loricè obarmatę introrsus densis aculeis cum hoc lemmate: *Vincimus dum vincimur.*

Tua pręclara geſta, ò Bruno! Quis auſus eſt referre? In omnibus rebus maximè abſtinentia à carnibus pręluxiſti. Non eſt mirum; prope iam ſeptem ſęcula, tam ſanctam conſuetudinem non defeciſſe: Sed decoratam miraculis. Monachi abſtinentes à carnibus, vſque ad vitæ finem, cum tam ſtricta ſeveritate, quamvis ad corporum ſalutem deceat, vſi ſunt ne que ad medelam. O vos ſicut illi veri Machabęi! Velut ille Eleazarus propter cuſtodiam ſuæReligionis eſſe tranſgreſſor noluit. Sic Carthuſij firmiores in veteri quam præclaro more. Pluries in piſces viſę ſunt carnes commutari, nolentes Monachi ægrotantes veſci. In primordio Religionis, diſcumbentibus Monachis admeridianam refectionem, vt ſumerent fercula, quæ Antiſtes Hugo miſſerat, orta eſt contentio: num ſi liceret delicate in eremo epulari? Adhuc ij coloquentes gravi ſomno oppreſsi fuere: a Dominica Quinquageſimę vſque ad feriam quartam maioris hebdomadę, quo tempore, Hugone in Carthuſiam ingrediente (ſicut conſueverat quotannis) facta benedictione, omnes experge facti: & carnes, quę erant paratę, in legumina ſunt conversę.

Dan. 1. 2. Mac. 6. O veri Machabæi! *Aut ſancti tres pueri, nimis ſplendidi, & nitidiores, abſtinentes, quam ſaturati. Hi autem, qui ſtabant rogabant eum ſecreto, afferri carnes, quibus veſci ei licebat: at ille Eleazarus, glorioſiſ-*

fiſsimam mortem magis quam odibilem vitam complectens.

Sic iſti Anacoretę, ſicut olim Antiqui Patres, originem ſumpſere ab Elia, & Baptiſta: *Sociata paſtum mella locuſtis.* Ceu gula in primo Paradyſo fuit origo languoribus, ita in Carthuſia, tam celebris abſtinentia (radix virtutum) & fruuntur tam copiosè delicijs manna, quos illuminat in tenebris noctis, & obumbrat, ac ſolis radios propulſat Bruno columna electa; & ſicut Eva è Paradyſo repulſa ob tranſgreſsionem męſti morſus iſti Monachi manent in Paradyſo, propter ſingularem, & celeberrimam abſtinentiam. Et hic eſt triumphus rigidiſsimi ieiunij depictus in albo vexillo cum hac epigraphe: *Potius mori, quam fœdari. Qui vicerit, &c.*

De eſt mihi loqui de prolixis orationibus, de Officijs Divinis, de ſpecialibus ceremonijs. Quis auſus erit ad Sancta Sanctorum accedere, niſi nudo pede? *Solve, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus in quo ſtas, Sanctus eſt.* Reſpice ad chorum, intuere Monachos amictos candida veſte: non ſunt alij, ſed illij, quos Ioannes vidit Angelos in albis ſedentes. Et ille, qui frui velit Officijs Divinis in hac quaſi gloria, aſpexerit Angelos quam graves, quam circunſpectos, quam mortificatos, & pœnitentes, ab origine tam ſanctę, & rigidę Religionis. Hi taciturni Cigni vigilantes, flentes in

Ioſuæ 5.

 vita,

vita, in morte psalentes, lachrymantes in vita, in morte modulantes: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Beata Virgita ait: apertum ei fuisse auribus Dei dulciter canere Monachos Carthusianos, quia cantu planctum miscere vtebantur. *A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.*
Psal.118 Absque lucibus horę nocturnę persolvuntur, quippe terrenis lucernis non indigent, quibus ętheri radij sunt ostensi. *Hi sunt Seraphin ab Isaia visi clamantes; Sanctus, Sanctus, Sanctus.*
Isai.6. 3.Reg.8. *Factum est autem, cum exissent Sacerdotes de sanctuario, nebula impleVit domum Domini, & non poterant Sacerdotes stare, & ministrare propter nebulam.* Sed Seraphin manentes, atque clamantes sine intermissione. Vides aperte absque nebula, quomodo ab istis passeribus solitarijs davidica cithara pulsatur? Quid proferam de ceremonijs, humiliationibus profundis, inter Missarum solemnia? Explicatione caret. *Ceciderunt tam ipse David, quam maiores nátu*
1.Par.21 *vestiti cilicijs proni in terram.*

Axis firmissimus in Cœlo Ecclesię, vbi Stelle septem Polo Artico defixæ: Stellę refulgentes, quę repellentes tenebras caliginosæ noctis culpæ, velut olim Josue in obsidione Hierico:
Josue. 6. *Septem ex eis septem buccinas vociferamini, tradet enim vobis Dominus Civitatem.* Væ vobis hominibus aberrantibus à via veritatis! Hę stellæ homines micantes radijs dœmones dimicantes fulminibus. Nautę tranatantes maria aspicite stellam, & evadetis à periculis. Hic est nobilis-

bilissimus triumphus altissimæ contemplationis defixus invertice columnæ, figuratus in buccina exornata stellis septem. Cum hoc lemmate: *Ducit, & prælucet. Qui vicerit, &c.*

Quo pervenio? Vbi mens tollitur? Nunquid ad thebaidam, vbi tanti eremitę cęlestem vitam agerent? Vnus exemplar silentiosi Arseni; Alius Pœnitentissimi Hilarionis; Alter humilissimi Machari, & sic de cęteris. Singuli eorum sunt totidem sanctissimi Anachoretę, quorum vita, sanè incredibilis videtur eis, qui non crediderunt omnia credentibus. Isti sunt, qui cupiunt dissolvi, & esse cum Christo: moriuntur, quia non moriuntur. Sed & cæteris expedit fratribus, vt suis adhuc instruantur exemplis. Singulare institutum iam olim in sacris litteris pręfiguratum! *Habebat in dextera sua stellas septem, & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat*, Ap. 1 Sacramentum septem stellarum, quas vidisti, Angeli sunt septé. Hic est sanctissimus Ordo à Ioanne prævisus tam conspicue. Cygni flentes per omnem vitam, & in occasu mortis canentes. Quando è cellis egrediuntur sepulcra circumspiciunt, vbi humandi erunt (& toties visi sunt flores apparuere) Quid mirum adsint flores, vbi stellæ non desunt? non admodum sæculi operosa saxis sepulcra premunt cũ illis opibus arsuros; sed isti humili pulvere coperti iacent resurrecturi in gloriam. Et de ore eius, &c. Nunquid est verbum Dei? (dicente Domino) *non*

venio

venio mittere pacem, sed gladium, ideſt: qui odit animam ſuam per carnis mortificationem. Vel eſt illa ſa-
Eccl. 24. pientia, *quæ ex ore altiſsimi provi**dit*? Nunquid, eſt ille Cherubin Cuſtos Paradiſi vibrante gladio, terrens homines, vt non ſint auſi (niſi ſolutis calceis) ingredi? Fœminę raro, vel nunquam introire poſſunt.

Genef. 3. Hæc eſt Sancta Carthuſia. *Colocavit ante Paradiſum voluptatis Cherubin, & flameum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Siquidem in primo Paradiſo prima mulier transfreſſa fuit ob colloquiũ ſerpentis, & comediſſe fructum prohibitum: *In quacunque enim die comederis; tullit de fructu illius, & comedit*, ecce abſtinentia fracta! *Serpens dixit ad mulierem, cui reſpondit mulier*, ecce ſilentium contemptum! ergo hic eſt gladius vtraque parte acutus ad cuſtodiendum ingreſſum Civitatis Dei. Et ſextum tropheum appenſum in columna, cum hac epigraphe: *Cum hoc ſigno vincitur.* Qui vicerit, &c.

Deeſt nobis ſeptimum tropheum, quod eſt tym-
Pſ. 150. panum. *Laudate eum in tympano.* Inſtrumentum, vt excitetur ad arma, &c. Gallo depicto cum hoc lem-
Iudic 5. mate: *Vigilate hæ ſunt ſtellæ manentes in ordine, & curſu ſuo adverſus Siſaram pugnaverunt.* Viva repræſentatio
Exo. 17. Moyſes. *Cunque levaret manus, vincebat Iſrael: ſi paulu-lum remiſiſſet, Amalec ſuperabat.* O magna vis orationis, quæ obtemperare facis Deum, Aſtra, & ele-
Ioſue 10. menta! *Obediente Domino voci hominis:* Ecce Deus obediens. *Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna*, ecce Aſtra

tra obtemperantes. *Vivit Dominus Deus Israel; in cuius conspectu sto: Si erit annis his pluvia, nisi iuxta oris mei verba.* Ecce auscultantia elemẽta! Et ecce quomodo isti statici contemplativi, his omnibus imperabunt! O Sancta Carthusia, Hortus conclusus, Fons signatus, Aula Dei, vbi Bruno mysticam Theologiam docet! Scala Dei, per quam Carthusij scandunt ad astra. Porta Cœli, per quam ingresi sunt tanti Beati. Ara Christi, in qua tanta sacrificia sunt oblata. O Paular domus Mariæ! *Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei.* O Florida domus, vel Miraflores! *vbi apparuerunt in terra nostra*, cuius suavitatis odor, sicut incensum in conspectu Domini.

Non sunt loquelę, neque sermones. Honorificè de te sum locutus. Mea fuit in te honorificata oratio. Verbum ex ore meo nullum exit; nisi tua cum laude coniunctum. O Bruno, Hercules Egregie! qui vicisti hydram septem capitum, ferro, & face contudisti; face orationis, & ferro pœnitentiæ. Calcasti superbiam, veluti septem stellas ad pedes Hugonis corruentes, quas in somnis viderat in illa stellata buccina, cuius lemma dicebat: *Ducit, & prælucet.* Cohibuisti avaritiam commutando illecebras falaces sæculi, propter montes Diœcesis Hugonis asperrimos, quos Carthusianos appellant. Et sicut rupes in medio mari, lemma exprimebat: *Sola requiesco.* Vicisti carnis concupiscentiam, cum illa lorica introrsus ob armata desis aculeis cum

hac

hac epigraphe: *Vincimus, dum vincimur.* Trucidasti iram gladio patientiæ: *Cum hoc signo vincitur.* Oppresisti gulam, cum stricta abstinentia in illo vexillo: *Potius mori, quàm fœdari.* Stravisti livorem, galea nimiæ Charitatis, & cigno desuper canente: *In fine gloria canitur.* Relegasti desidiam, ad vigilias matutinas excitando tympanum cum hoc lemmate: *Vigilate*, & si stellæ sunt septem, sic totidem trophea debent esse. Qui vicerit faciam illum columnam in Templo Dei mei, & scribam super eam nomen. *Laudate eum omnes stellæ.* Aperuisti ingressum immenso Oceano perfectionum per fretum tui ordinis, vbi erexisti columnam illius: *Non plus vltra.* Atlas super cuius humeros stellatus globus requiescit. Præluce, gaude, quiesce, & fave Philippo Regi nostro, Reginę, Principi, & Infantibus, vt triumphent, regnent, vincant, ac in terris coronent tempora laureis, sertisque stellarum in cœlo ornent. Et tibi ò Magne Pater Archimandrita Bruno! in celebri die, in quo scandis ad astra canam.

HYMNUS.

VT capit Bruno pavidus tremenda
Verba damnati, Sotijque, mundi
Machinam temnunt, revocare eremum
Numine sacro.

Vidit hos Hugo, veluti micantes
Arce cœlesti, nitidasque stellas,
Quæ fugaturo tenebras abyssi
Lumine splendent.
Cum silent, sallunt, tacique cygni
Concinunt semper; siquidem canentes
Clamitant semper cœlo, cytharasque pulsant
Dulce sonantes.
Abstinent semper Monachi sacrati
Carnibus; sacris recreantur horis:
Suntque Carthuisis recitare semper
Fercula lauta.
Ergo florentes rutilante in Orbe
O viri magni! rutilansque turba
Eliæ sacri, similisque gressus
Carpe Ioannes.
Dumque te ardentes celebrant amore,
Te Deus simplex, pariterque trine,
Supplices, & nos veniam precamur,
Parce redemptis. Amen.

ALIA CARMINA.

BRUNO coruscante Phœbi igne micantior ardens.
Das Phœbi non nota viris penetralia regni
Visere, dasque novum iubar addita gloria Cœlis.

 Qui

Qui latuere prius; solis das cernere nævos;
Si stellas lingis, quid quæris sidera cœlo?
Tu nobis, tu Bruno micas fœlicius astrum;
Ipse tuis, Solem, ac Lunam stellasque recondis
Luminibus, lateque tuos iam porrigis ignes.

LAUS DEO.